

C. CORNELII  
TACITI  
OPERA  
QVAE EXSTANT.

IUSTVS LIPSIVS postremùm recensuit.

*Additi COMMENTARII aucti emendatique ab ultimâ manu.*

Accessit C. VELLEIVS PATERCVLVVS  
cum eiusdem LIPSI auctioribus Notis.



ANTVERPIÆ  
EX OFFICINA PLANTINIANA,  
Apud Balthasarem Moretum, & Viduam  
Ioannis Moreti, & Io. Meurfium.

M. DC. XXVII.

*Cum Privilegiis Casaræ & duorum Regum,  
& Principum Belgarum.*

SERENISS<sup>MO</sup> ET POTENTISS<sup>MO</sup>

ALBERTO  
ARCHIDVCI AVSTRIAE,  
BURGVNDIÆ DVCI,  
PRINCIPI AC DOMINO BELGARVM.



VPREMAE industriæ & vltimæ tandem curæ CORNELIVM suum, SER<sup>ME</sup>, inter viuos adhuc LIPSIVS tuus, vti dare cœperat, ita voto pariter ac voce SERENITATI TVAE consecrabat mentissimò. MAXIMO ET OPT. SVO PRINCIPI, magnum, æternùmque auctorem. Talem enim omnes huic iudicant, & quem solum Maiestati suæ parem Romana vetustas habuit; quem omnia proculcantium barbarorum adhuc mitis sœuities, idèd panè seruasse videtur, vt quantum bonum tot supra nos sæculis negauerit, æmulâ apud posteros testatione profiteretur. Nec alia profectò quàm se vrgentis fati inuidia, lacerum, ægrum, inualidùmque TACITVM protulisset, & nulli magis rei quàm medicinæ obnoxium; vt dum multis simul remedijs interficeretur, adiuuantium iniuriâ perijsse potiùs, quàm tenebrarum exitio, existimaretur. Parum itaque interfuisset, hunc Historicum principem postliminiâ natiuitate in lucem non prodijisse, aut LIPSIYM non vixisse, cùm

1

A  
C. CORNELII TACITI  
AB EXCESSV DIVI AVGVSTI  
ANNALIVM LIBER I.  
B  
BREVIARIVM LIBRI.

**A**VGVSTVS Nole mortem obire. Tiberius succedit, tardè & cupidinem disfirou-  
lans. Pannonicas legiones tres grauis seditio inaccessit. ea, misso Druso Tib. F. agrè  
componitur. Idem in Germaniâ inferiore motus, qui confedit, non sine sanguine  
& cædo. Germanicus Cæsar in hostem ducit: eaque expeditiue Marfi, Tuban-  
tes, Bructeri, Vespertes vastati aut caesi. Iulia Augusti F. R. bigū vitam finit. Sodales in hono-  
rum Augusti, & ludæ Augustalia instituti. Germanicus iterum Rhenum transmittit, in Chattos  
ducit, agros, domos, homines, viflat, vrit, cadit. Segetes obsidione Arminij liberatur. Ob hæc  
Imperator consalutatus. Bellum deinde in Cheruscos gestū, reliquæ Vari & milium lecta: iisque  
suprema solata. Romani in reditu, sub Cæcina duce, periclitati, tamen hostes prosperâ erup-  
sione sustulsi, fugati. Maestatis lex rediit, & asperè exercita. Tiberis insundat. Theatralis tumultus  
est: & per eam causam decreta Patrum expressa ad coercendos Instriones. Postremo alium de sub-  
ducendis Tiberis aquis, eoque nomine querela iuitatū Italiae & legationes. Hæc biennio serè gesta,  
SEX. POMPEIO, ET SEX. APVLEIO COSS.  
NERONE CLAVDIO DRVSO CAESARE, ET C. NORBANO COSS.

**V**RBEM ROMAM à principio reges habuere. Libertatem, & Confu-  
lam L. Brutus instituit. <sup>1</sup> Dictaturæ ad tempus sumebantur: ne-  
que Decemvitalis potestās <sup>2</sup> vltra biennium, neque Tribunorum mi-  
litum consulare ius diu valuit. Non Cinnæ, uou Sullæ longa domi-  
natio. & Pompeij Crassique potentia, citò in Cæsarem; Lepidi, at-  
que Antonij arma, in Augustum celsere. qui cuncta discordiis ciui-  
libus

G O M M E N T A R I V S.

1. **C**ORI CORNELII TACITI. ] Id  
verum huic scriptori prænomen  
adferat. Suetonius lib. 19. ad Pole-  
mum epistolâ: Caius Tacitus è  
maioribus vniis tuis, Vlpiano-  
rum temporum consularis. Et ad Leonem. Nam-  
que & antiquis eum in Caius Cornelijs Tacitis  
Cæso Plinio secundo parâ suafisset. Sed & epigra-  
phe Farnesiani libri, C. Cornelij Taciti Romanas  
historas scribentis, ex his qui repetuntur liber  
primus. Publium prænomen quod in libro tritico, à  
casu aut à vulgo est. Atque autem in ipso aditu tellari  
placet. Odi profanum vulgus & arceo.
2. ANNALIVM LIBER. ] Bene Edeuante, quò  
hanc inscriptionem adserit, etiam contra libros. In  
quibus plerisque est, Actonum diurnalium, vel, ut  
in Veneto, Actonum diurnalium. Qui tamen ti-  
tulus non accepto referendus alicui imperito. Vnde  
enim illi in mentem cui fuissent Acta, vel Diurna? sed  
enimiam antiquioris aui, qui Taciti Annales non
- ineptissimè comparatis cum Actis vrbis. Quam ta-  
men resellit ipse Tacitus libro XIII. Nerone 11.  
L. Pilone Coss. pauca memonâ digna euenire,  
nisi cui libeat Iudaodis fundamentis & trauis-  
bus volumina implere: cum ex dignitate Popu-  
li Rom. repertum sit, rex illustres Annalibus,  
talisa diurnis vrbis Actis mandare. Alibi. Nemo  
Annales nostros cum scripturâ eorum contem-  
derit. Itemque: Ni destinatum mihi foret suum  
queque in annum referre. Etiam Iornandes in  
rebus Gothicis, Cornelijs hunc esset, Annalium  
scriptorem.
3. DICTATURÆ AD TEMPVS. ] Quas dicitur  
nas primus Sulla fecit, Cæsar perpetuas. Et hæc gradus  
ad Principatum: quò Præfatio ista ducit.
4. VLTVA BIENNIVM. ] Ita accipio, quasi  
dicat, bene multo vltra biennium. Nam exal-  
si se putas, vltra vltra biennium Decemviri impe-  
rium tenere. Linijs & Pallas vnde. Nec ta-  
men Petronio adferat, vltra triennium, sus-  
ficienti.

IUSTI LIPSI AD C. CORNELII TACITI ANNALIUM LIBRUM I. EXCURSUS.

A.

PAG. 7.



IGNIS originem nescio: nisi quod antiquum video, Esq' a temporibus Antoninorum. Herodianus sane in Commodio statim meminit, ut rei vulgatae, ubi de Lucilla sorore eius: Οὐδὲ ἔτι μέγα καὶ ὁ Κάσιμος... Nihilominus Commodus honores sorori suae servavit, nam & in theatris sella imperatoria sedebat, & ignis eam praecedebat. Item de Marcia Commodi concubina: Ἡ δὲ ἔτι, ἠπειρὸς γαμπτῆς γυμνασθεῖς, ἀλλὰ πᾶσι τὰ ὑπερβόλαια σεβαστῆ, πάλιν ἔπεισε: quae nihilo differebat a legitima vxore, sed omnia ut Augustae

Prefatio ignis. Pueri ignis in figue.

Caderant, praeter ignem. Et de Pertinace: Κατὰ τὸν ἔτι τὸ συμβῆσαι τὸ βασιλεῖ, ὡς τὸ αὐτὸ εἶπεν: ἔπεισε πρὸς τὸν Κομμοδῶ, ὡς τὸ ἄλλο τῷ βασιλικῶν συμβόλιον εἰς ὄψος ἀρβύλα: Venit in Senatum, neque ignem sibi passus praeferi, neque aliud vllum principatus insigne attolli. Nec ambigimus de more. Illud tamen mirum, bis mirum, non absum e Graecis Latinisque exprimere tam insignitam rem, praeter Herodianum. Non Dionem, non Capitolinum, Spartianum, Lampridium, qui eadem scripserunt illi. Nec enim, quod sciam, meminerunt verbo. Quis tamen iste ignis? non e carbonibus aut ligno, nec qualis ille apud Horatium prunae batillus: Lampres tantum fuit. Rem adhuc ignotam doceo, firmoque ex M. Antonino in libris sua vice: Οὐδὲ δὲ κατὰ τὸν ἔτι, ἠπειρὸς γαμπτῆς γυμνασθεῖς, ἀλλὰ πᾶσι τὰ ὑπερβόλαια σεβαστῆ, πάλιν ἔπεισε: Describit recensetque insignia omnia principatus, & posse, ait, eum qui in aula vivat, carere stiptatoribus, carere veste insigni purpuraeque item lampadibus, & certis statuis, similique luxu. Ut ergo in deorum cultu adhibita lucerna faciesque, ut docui in Electis, sic Imperatorum. Opinar autem Romam traductum morem e Persis. Illorum enim Regi praefatus ignis. Xenophon lib. VIII. Περσικῶν. Κοὶ τὸ ὄνομα τὸ ἀμωστικὸν ἔχει τὸν πυρὸν.

Silendum de eo more apud praef. 606.

Quis ille ignis?

Cap. III. lib. I.

Dandus est ignis: Esq' post ignem illum secutus Cyrus. Imo e Asiaticis, si recte capio Ammianum lib. XXXIII. Feruntque etiam, (si iustum est credi) ignem caelitus lapsum apud se semperituis foculis custodiri, cuius portionem exiguam faustam praesse quondam Asiaticis regibus dicunt. Diadema autem primus Romanorum Principum usurpavit Aurelianus: vti in vita eius Victor. Esi alibi male id refert ad Caligulam. Puerperam quis primus sumpsit, adhuc quero.

Diadema quis primus vti.

B.

PAG. 10.

CUM Antonius vellet se Liberum patrem dici, & hoc nomen statuis subscribi: occurrerunt venienti ei Athenienses cum coniugibus ac libetis, & Dionysium salu-

IUSTI LIPSI  
DISPVNCTIO  
NOTARVM  
MIRANDVLANI CODICIS  
AD  
CORN. TACITVM.

Editio vltima.



ANTVERPIÆ  
EX OFFICINA PLANTINIANA,  
Apud Balthafarem Moretum , & Viduam  
Ioannis Moreti , & Io. Meursium.  
M. DC. XXVII.

3

ILL<sup>MO</sup> ET EXCELL<sup>MO</sup>  
PRINCIPI  
CAROLO

DVCI CROIIIO ET ARSCHOTANO,  
PRINCIPI S. IMPERII,  
EQVITI AVREI VELLERIS.



**H**T hunc libellum, ILLVSTRISIME PRINCEPS, audeo ad te mittere? audebo. non quia ipse magnitudine tuâ dignus, sed quia Tacitus, cui labor hic facit. Homo ab Italiâ proteruus me petiuit, imò per meum latus ipsum Tacitum: scriptorem illum, vobis Principibus proprium, & velut consecratum. Iniuriâ affecit deprauando: vindicem iterùm me sensit: vtego te, contra id genus petulantes, animo rogo ILLVSTRISIME PRINCEPS. Enimuerò ille nugas suas (iudicio, non affectu, sic appello) viro Principi inscribere ausus est: ego verear iustissimam meam, & publicè profuturam, Defensionem? Inscribe, te Patronum operi & auctori adopto, Herculem in eiusmodi monstra. Louanij, VIII. Kal. Iulias, 1617.

EX<sup>TIAE</sup> TVAE

perpetuus cliens

IUSTVS LIPSIVS.

AA 2

AD

I V S T I L I P S I  
 DISPUNCTIO NOTARVM  
 MIRANDVLANI CODICIS  
 A D  
 CORN. TACITVM.

**V**IDIMVS librum, siue libellum tuum, Luci, auidè (fatebor hoc) expectatum. Titulus inducebat, NOTAE IN CORN. TACITVM E MANVSRIPTO CODICE MIRANDVLANO. Amamus, vt scis, auctorem illum, benè ei fecimus: & amamus hoc quoque, vt alij: eoq̃ue, vt dixi, auidè expectabamus. Quid autem nisi mira, è *Mirandulano codice*; magna à *civitate Romano*? fed fefellisti nos, vt rem dicam, & verbo veteri, *Thesaurus cineres fuere*. Tria tu attulisti tantum, Fraudem, Liuorem, Inscitiam: & substringe aurem breuiter hoc ac liberè docturo. Siquid non ad gratiam aut gustulum tuum erit, sustine & tolera: vel Euripide monente,

— Επὶ τὰ μὴ καλὰ  
 Περίγειν ἐτόλμας, τλήθῃ καὶ τὰ μὴ φίλα.

\* quoniam  
 non bene  
 factum est  
 auferre, non  
 auferre etiam  
 ferre.

**A** Praefatione tuâ ordiar: id est, calumniarum & conuictorum campo. Primò vniuersè in Criticos:  
 „ *Fra planè est, vt Tullianus noster dicebat, immani paucorum, qui se Criticos dicunt, licentiâ contentum, vt si Latina lingua auctores reduces audire daretur, qua verè sunt sua, adeò pro cuiuslibet libidine mutilata, sublata, mutata, addita inuenturos, vt nullâ ratione pro suis agitari sint.*

Censoria tua verba! quibus nos tamen in parte subsignamus. Quis magis aut sepiùs conquestus est de temeritate siue calore quorundam, qui Criticos se dicunt? Sed dicunt, ô Luci:

\* Οἱ εὐθὺς δὲ τε πολλοὶ ὑπ' ἀνοίας ἡδύσια  
 Φοιτᾶς, εἰ δ' ἔτε παύτερος ἐνοήσιμος.

\* bene multa  
 quidem  
 sunt ius ceteri  
 deinde vobis  
 non pariter  
 auferre: agere  
 possent.

nec tu ille es inter auspicales. Legitimi autem Critici, mihi crede, sol & sal sunt litterarum. Neque mel ideo insuaue, quia ægris sic videtur, nec isti in-

C. V E L L E I V S

P A T E R C V L V S

C V M

A N I M A D V E R S I O N I B V S

I V S T I L I P S I,

Quas postremùm auxit & emendauit.



A N T V E R P I Æ  
E X O F F I C I N A P L A N T I N I A N A,

Apud Balthasarem Moretum, & Viduam  
Ioannis Moreti, & Io. Meursium.

M. D C. X X V I I.

*Cum Privilegiis Casaræ & duorum Regum,  
& Principum Belgarum.*



3

I. L I P S I V S  
T H E O D O R O  
L E E W I O V. C.  
S. D.



**A**NTE biennium, cum Velleium publicè legissem, visus sum multis digna luce dicere & cognitione etiam aliorum. Itaque hortati sunt vt colligerem, disponerem, ederem: quod feci, vt vides, in parte. Nam vt omnia quæ ad Historiam, Mores, Prudentiam, opportunè & utiliter tunc diximus, adiungerem, visum non fuit: saltem illa, quæ nec prompta nimis aut obuia Lectori, & quæ ad medicinam potius Velleij facerent quàm ad splendorem. Non pauca enim nobis hic & alibi, post viros eruditos & serios, obseruata: quæ tegi aut perire (liberè dicam) non sit è re litterarum. Et de alijs quidem aliàs videro: nunc Velleium hunc Paterculum iuuentus à me habeat: scriptorem veterem, industrium, disertum; & addo etiam fidum, nisi quâ Tiberij aspectus obstat, & cum res tractat sui æui. Illic declinauit, fateor, & neglexit, quæ Historiæ pes & caput est, Veritatem. Nos ignoscimus, in miserâ illâ & communi temporum seruitute: nec Heluidios omnes nasci posse aut Thraseas satis scimus. Quem postremum quòd toties me hortaris vt edam, sustine, non faciam temerè in hoc æuo, nec debet magnanimus ille vir iterum perire à Calumniæ telo. Cuius aciem ita recenter sensimus, vt non iniuriâ abhorreamus à seriâ omni scriptione. Sed hæc omitto. Tu, Vir Clarissime, Velleium accipe tibi inscriptum, monumentum & testem fidi arctique inter nos amoris: quem sola Virtus, Eruditio, Prudentia tua genuit, aluit, seruaui. Vale. III. Nonas Ianuar. ∞. 15. XCI.

# C. VELEII PATERCVLI

## HISTORIAE ROMANAE

AD M. VINICIUM COS.

LIBER PRIMVS.

\*\*\* : tempestate distractus à ducesuo Nestore, Metapontum condidit. Teucer, non receptus à patre Telamone, ob seguitiam non vindicatæ fratris iniuriæ, Cyprium ap- pulsus, cognomine patriæ suæ Salamina constituit. Pyrrhus, Achilles filius, Epirum oc- cupauit, Philippus Ephyram in Thesprotiâ. at rex regum Agamemnon, tempestate in Cretam insulam ieiectus, tres ibi vrbes statuit, à patriæ nomine vnâ, à victoriæ me- moriâ, Myccenas, Tegeam, Pergamum. idem mox, scelere patruelis fratris Egisthi, hereditarium exercentis in eum odium, & facinore vxoris oppressus, occiditur. Regni potitur Egisthus per annos VII. hunc Orestes, matremque, cùm sociâ consiliorum omnium sorore Electrâ, virilis animi feminâ, obtruncat. factum eius à dijs compro- batum, spatio vitæ, & felicitate imperij apparuit: quippe vixit annis XC. regnavit LXX. qui se etiam à Pyrrho, Achilles filio, virtute vindicauit. nam quod pactæ eius, Menelai atque Helenæ filia: Hermione nuptias occupauerat, Delphis eum interfecit. Per hæc tempora Lydus & Tyrthenus fratres cùm regnarent in Lydiâ, sterilitate fru- gum compulsi, sortiri sunt, vter eum parte multitudinis patriâ decederet. sort. Tyrthe- num contigit. peruectus in Italiam, & loco, & incolis, & mari nobile ac perpetuum à se

Metapontum  
condidit.  
Salamina.  
Ephyra.  
Myccenas.  
Tegea.  
Pergamum.  
Eg. Egis-  
thi.  
Orestes.  
Pyrrhi cadet.  
Tyrthenus  
Italiam ve-  
nit.

### C ANIMADVERSIONES.



EMPESTATE DISTRACIVS.] Quid Græci Τροιά redeuntis passu sunt aut fecerint, narra- tio fuit: quæ opida considere- rint, aut ubi fixerint sedes. De quo tamen propriè hoc iu- rium: Credo de Epyro. quæ tra- hit me Iustinus lib. XXI. Metapontum in templo Mineræ scintamenta, quibus Epius, a quo condi- ti sunt, equum Troianum fabricauit, ostentant. Et facit Aristoteles in Admiranda: Εγγυς δια- ταπεινωσίου Αθηναίων Εγγυς, ἔθα τα τε Εγγυς λέγεται ὁργάνω ἀναμύδης, ἂ ἐκ οὗ δι' αὐτῶν ἰσχυρῶν ἰσχυρῶν. Strabo simpliciter tamen dixit Pyrrhus Me- tapontum condidisse. Stephano alijs. Metapontum nominarunt. de quo ipso quin hæc capere possis, non nego.

1. CYPRIUM APPELLVS, COGNOMINE (scribo COGNOMINEM, PALRIENVS SALAMINA. [Apud Græcos Latinosque passim hæc historia. illud nota non indignum, tempore Iocratii, Teucris genitri adhuc fuisse in Cypri regno. In Euagorâ: Τῶνος δὲ ἑταίρου δὲ Τροιάς ἀφ' ἧς ἐκείνου ἐκείνου, Σαλαμίνα τε καὶ ὁμοίως ἑταίρου πειραιῶν ἢ πρότερον ἰσχυρῶν ἀναμύδης ἔσεν, καὶ τὸ γένος τὸ ἐκ Σαλαμίνος κατέλειπε: Teucer verò, postquam vnâ eum alijs Troiam cepisset, veniens Cyprium, Salamina ibi condidit, cognomineu veteri suæ patriæ, &

genus quod nunc ibi regni potitur, reliquit.

3. PHILIPPVS EPHYRAM.] Imò Phidippus, ex Hamero: quod Alani obseruauit. Corruptum idem no- men video in Diodori quinto Bibliothecæ: & Stra- bonis extremo nono. cuius (Straboni dic o) scum to- tum se lego: Τῆς δὲ ἀπὸ Εγγυς τοῦ Εγγυρῶνος, Ἰσχυρῶν Αἰετῶν ἢ Φιδίππου ἢ Ἰσχυρῶν τῶν Ηγετῶν, ἰσχυρῶν, ἀπὸ Οὐρατῶν τῶν ἰσχυρῶν ἀπὸ τῶν ἰσχυρῶν ἀπὸ τῶν ἰσχυρῶν. Quæ corrupta aut mu- tula vsque adhuc lecta.

4. TRES IBI VRBES STATUIT, A PATRIÆ NO- MINE.] in primogeniâ Ehenam censione (seu purissi- ma, & sæpè nobis dux ad meliora) vocatâ aduicâ λε- γαί: statuit, duas à patriæ nomine. Vulgata sanè manca est. Sed quid hæc igitur sibi vult? Duplicem patriam fuisse Agamemnoni? de Idycenis fatcor, & clarum est: de Tegeâ, quæ in Ariadiâ, quid ea ad Agamemnonem, nondum legi. Nam Pergamum, sine, ut Plutarchus in Lycurgo appellat (Παργαμίς), certum est à vultu Pergamo dictam.

5. REGNI POTITVR EGISTHVS PER AN- NOS VII.] Homerum de hoc ipso Odys. v.

Εγίσθης δ' ἦν ἄριστος ἀπὸ γένος τοῦ Μυαήωνος.

6. REGNAVIT LXX.] Falsè dissentit Eusebium Chronicon: Myccenis post mortem Egisthi Ore- stes regnavit annis XV. Credo fuisse LXX.

Terti dicit.  
7. ANNO



ANTVERPIÆ,  
EX OFFICINA PLANTINIANA  
BALTHASARIS MORETI.  
M. DC. XXVII.

